Caesar, Gaius Iulius; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentarii
Friburgi Brisgoiae, 1546 Seite 338



atq; onere nonnulli deprimerentur: reliqui hoc timore propius adire tardarētur. Quibus rebus accidit, ut pau-
44 ci milites, patresq́; familiæ, qui aut gratia, aut misericordia ualerent, aut naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent, reliquæ copiæ mißis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, sese ei dediderunt, quorum cohortes militum Iuba postero die ante oppidum conspicatus, suam esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici iußit, paucos electos in regnum remisit. Cum Varus suam fidem ab eo lædi quereretur, neq; resistere auderet, ipse equo in oppidum uectus, prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpitius, & Licinius Damasippus, paucis diebus, quæ fieri uellet, Vticæ constituit, atq; imperauit: diebusq́; æque post paucis, se in regnum cum omnibus copijs recepit.

Vid. infr. Glareani annotationes pag. 121.-125.

# C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIuili liber tertius.

Cap. I.

P. Seruilius.

DICTATORE habente comitia Cæsare, consules creantur Iu. Cæsar, & P. Seruilius. Is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neq; cre-

dita

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1546/0373